

scoporum copiam [no]n habetis, si quem episcopum Romane sedis, ut diximus, communionem habentem et de quo | plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum et vestium, consecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis | recipere valeatis. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti | sententiam promulgaverint sive etiam in mercenarios vestros pro eo, quod decimas non sol[v]itis, sive aliqua occasione eorum, que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros | pro eo, quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint vel ad laborandum adiuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, | ipsam tamquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam. Nec littere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis et contra tenorem apostolicorum | privilegiorum constiterit impetrari. Paci^{h)} quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuram | locorum vel grangiarumstrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates | et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas nec non et libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus | et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli | omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuire seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia in|tegra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica | secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, | potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri | Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri | Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iud[ic]em premia eterne pacis inveniant. AMEN. AMEN.

(R.)ⁱ⁾ Ego^{j)} Innocentius catholice ecclesie episcopus ss. (BV.)

20. h) aci auf Rasur (0,9 cm): Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte A.

i) Die Umschrift des äußeren Ringes der Rota (Durchmesser: 4,8 cm), welche aus zwei konzentrischen Kreisen besteht, lautet † Fac mecum domine signum in bonum (vgl. Ps. 85, 17; weitere Hinweise bei Dahlhaus I, S. 81, Nr. 20); das am Anfang der päpstlichen Devise stehende Kreuz wurde von Innozenz III. eigenhändig mit derselben Tinte gezeichnet (vgl. auch Katterbach/Peitz, Unterschriften, S. 243–244). Der Innenkreis (3,7 cm), welcher durch ein gleicharmiges Kreuz in vier Quadranten geteilt ist, enthält folgende Inschrift: S(an)c(tu)s | PETRUS (Quadrant links oben), S(an)c(tu)s | PAULUS (rechts oben), INNO | p(a)p(a) (links unten), CENTIUS | III (rechts unten) A. Die Rota Papst Innozenz' III. ist abgebildet bei Cheney, Letters of Innocent III, Tafel; Katterbach/Peitz, Unterschriften, Abb. 65a, 66; Battelli, Acta, S. 12 f., Nr. 11 und Taf. 11 sowie bei Frenz, Papsturkunden, Abb. 1.

j) E von Papst Innozenz III. eigenhändig mit derselben Tinte eingesetzt (vgl. hierzu auch Katterbach/Peitz, Unterschriften, S. 243–244) A. Die 'päpstliche Unterschrift' und das nachfolgende